

HITTO EPISCOPVS FRVXINENSIS.



Hitto pietate & doctrina suo tempore in Bauaria nulli secundus extitit. Itaque cum Otto præsul Fruxinensis (qui & Frisingensis dicitur) mortuus esset, Hitto Anno post Christum natum circiter octingentesimum duodecimum in eius locum Episcopus electus fuit. Hic cum uideret Bibliorum translationem in multis locis obscuram, nec penitus Hebraicæ ueritati respondentem, eam corrigere instituit, & magna laude opus illud perfecit. Postea etiam sex Canonicos in Thetmons ad Yuechensteffanum, quod è regione suæ ecclesiæ erat, ordinauit, atq; omnia in suo Episcopatu optimè constituit. Cum hoc modo magna dexteritate per annos uiginti quatuor rebus præfuisset, tandem fœliciter mortuus Erchembertum fratrem suecessorem habuit. Monst. lib. 3.